

8
DE PVPILLORVM AC MINORVM IN
BONIS TVTORVM CVRATO-
RVMVE PIGNORE ATQVE
PRIVILEGIO
RETRACTATA QVAESTIO

P. 247
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

DNO FRIDERICO II

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORD. AVCTORITATE
VT ADITVM SIBI
AD SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

APERIRET

AD D. XI. NOVEMBR. CIO ID CC LXXVIII

PROPOSUIT DISPVVTANDAM

ARNOLDVS IKEN

BREMA-SAXO

MARBVRGI
TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI.



DE PICTORIBVS AC MINORIBVS IN
BONIS TUTORIBVS CURANDO
HONORABILIA HABENT
TRIVIUSCORN

ОПИСАНИЕ ОБРАЗОВ
МОСКОВСКИХ ПРИЧАСТИЙ СЪ ОБРАЗОВАНИЕ
ОПИСАНИЯ

ЧОДЛЯВСКИЙ САМОДЕЛЬНЫЙ

ОБРАЗОВАНИЯ ЗАГРУД
СЪ ОПИСАНИЕМ ПРИЧАСТИЙ И ОБРАЗОВАНИЕ

СЪ ОПИСАНИЕМ ПРИЧАСТИЙ И ОБРАЗОВАНИЕ
СЪ ОПИСАНИЕМ ПРИЧАСТИЙ И ОБРАЗОВАНИЕ


СЪ ОПИСАНИЕМ ПРИЧАСТИЙ И ОБРАЗОВАНИЕ
СЪ ОПИСАНИЕМ ПРИЧАСТИЙ И ОБРАЗОВАНИЕ

АРНОЛДА ВЕНГРИИ

БЛАГОДАРНОСТЬ

БЛАГОДАРНОСТЬ

БЛАГОДАРНОСТЬ БЛАГОДАРНОСТЬ



SPLENDIDISSIMO ET AMPLISSIMO

INCLVTAE

S.R.I. REIPUBLICAE BREMENSIS

SENATVI

VIRIS

PERILLVSTRBVS MAGNIFICIS

EXCELLENTISSIMIS CONSVLTISSIMIS

PRVDENTISSLIMIS GRAVISSIMISQVE

P R A E S I D I
C O N S V L I B V S
S Y N D I C I S
S E N A T O R I B V S

PATRIBVS PATRIAE
RELIGIONIS LIBERTATIS ET IVSTITIAE
DEFENSORIBVS VIGILANTISSIMIS
MVSARVM TVTORIBVS OPTIMIS
PATRONIS AC FAVTORIBVS
OMNI REVERENTIAE CVLTV
SVSPICIENDIS
INTERQVE HOS PARENTI OPTIMO
AC MERITISSIMO
PERPETVAM FELICITATEM LAETISSIMOSQUE
SAPIENTISSIMORVM CONSILIORVM SVCCESVS
PIE PRECATVS
DISSERTATIONEM HANC
DEVOTA MENTE
D. D. C

ARNOLDVS IKEN



Hofc.

P R A E F A T I O



Satis inter omnes magno Romanos fauore pupilos
ac minores prosecutis fuisse constat, quibus
illi prospectum esse omni ratione vellent.

Ac licet in Germania non eadem sit, quae
apud illos, aetatis differentia, scilicet ut impuberis in tutela,
in cura sint adulescentes: utriusque tamen populo probatum,
hodieque cordi est, homines et educari, et eorum bona, cum
propter aetatem ipsi minus possint, ab aliis administrari. Cum
que administratione res familiaris si non augeatur, at conserue-
tur tamen: veteres illi Romani eo siue incubuerunt, siue se
incumbere opinati sunt, ea ut recte gereretur. Praeterquam enim

A

quod

2

quod in iure saepius laudatur pupillorum vtilitas: Massurius
ille Sabinus, cuius rubricae pro legibus essent, inter officia
alii debita tutelam vel praecipuum esse statuit; et Imperator
Septimius Seuerus, quem aut nasci non debuisse, aut mori,
iudicabant intelligentes, in saluberrimo rescripto, quod exstat
l. 2. Dig. qui pet. tutor.: omnem, inquit, *me rationem adhibere*
subueniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere
omnibus volo. Iam de Constantino magnō, cui perfectae rei
gloriam tr̄buit Balduinus, postea dicendi locus erit. Nihilomi-
nus sunt, qui Romanos hac in parte negligentius versatos fuisse
iac̄tent. Nihil enim iam vt de legitima agnitorum tutela dicam,
quam introduxerunt Lycurgum secuti, cuiusque in rationes
inquirit Huber digress. c. 3.: rectene, an securus, patris de tute
iudicium inquisitionem magistratus quamvis diligentem aequipa-
rare decreuerunt? Sed quaerere adtinet, cur non satisdatio-
nem potius a tutoribus testamento datis exegerint? quandoqui-
dem, Tryphonino monente *l. 10. Dig. de confirm. tut.*, non semper
patris qualemcunque voluntatem defenderunt. Quidquid huius
sit: multa variaque, eaque minime contemmnda, tum rei ser-
uanda remedia pupillis et minoribus, tum beneficia concessa
fuisse constat. Nam praeter actionem tutelae deque rationibus
distrahendis prodita etiam tutoris suspecti accusatio, quae
non, vt illae actiones, finita demum, sed durante tutela, insti-
tueretur. Cui porro non auditum est edictum illud pulcherri-
mum, minus licet accurate excerptum ab Institutionum compi-
latoribus, quo tutores Praetor ad satisandum allicere studeret?

Ipsa

Ipsa quoque satisatio occurrit nominatorumque ac laudatorum obligatio. Quid? quod subsidiaria actio data est in magistratus minores, qui vel plane non, vel minus idonee satisdari curasent. Succurrit Lex Laetoria, quae et maiorem aetatem definiuit, minoribus dolo circumuentis ita, ut in integrum restituerentur. Quam legem Praetor postea interpretatione sua latius extendit: qua de causa curam is dicitur gerere aetatis. Pupillo denique rem pecunia sua emtam vindicare concessum est; qui que ei non auctore tute soluerit, vel cum ipso contraxerit, ad versionem in rem, quam dicunt, probandam tenetur. Sapienter ego haec omnia instituta largior: enim uero prospicuumne fuit pupillo, si tutor vel male rem administrarit, vel plane neglexerit? Datum fuit pupillo exigendi priuilegium. At quale? Non pauci interpres sunt, quibus illud inter actiones in personam verti videtur. Num vero de hypotheca bonorum constitutum aliquid reperitur? non modo ut in rem agat pupillus aduersus possessores bonorum, sed in ordine quoque possendorum aliis, ut vel hypothecam non habentibus, vel in eius iure posterioribus, anteponatur? Rursus multi aiunt temporibus iurisconsultorum, quorum in Pandecte exstant fragmenta, hypothecam in bonis tutorum curatorumue tacitam insuetam fuisse, atque a Constantino, vel ab alio quodam Principe denique introducram. Quod cum in dubium vocauerit Iacobus Gothofredus is, qui Codici Theodosiano elucidando operam nauauit suam: motus ego viri auctoritate, cum specimen edendum esset, toto animo coepi de quaestione hac retractanda

A 2

cogi-

cogitare. Iam igitur cum iuris capita huc pertinentia diligenter considerauerim : aggrediar non solum de pupillorum ac minorum priuilegio exigendi , cuius frequens in Pandecte fit mentio, sed de hypotheca etiam in bonis tutorum curatorum tacita , quam tanquam ius vetus ac receptum inculcant constitutiones , commentari.

§. 1

DE PUPILLORVM AC MINORVM
PRIVILEGIO EXIGENDI

Exstat in vulgata et Haloandrina Digestorum editione pecuniaris titulus *de priuilegiis creditorum*, qui in Florentina post l. 15. tit. de reb. auct. iud. incipit ; et in huius tituli inscriptione notatur. Eiusmodi vero priuilegio etiam pupilos ac minores gauifos esse patet ex l. 19. §. 1. tit. excit. de reb. auct. iud., non cauifae illud quidem , ad exemplum restitutionis integri, sed personae concessum , quippe quam PAPINIANVS l. 42. Dig. de administr. et peric. tut. praecipuum ait mereri fauorem. Cumque hoc priuilegium vel *pupilli*, vel *tutelae*, vt l. 9. §. 1. eod., vel *in bonis tutoris* dicatur l. 44. eod. : priuilegia autem inter se discrepent , non solum ratione temporis , licet haec improprie CVIACIO auctore adpellaueris, sed modi quoque exigendi sive exactionis ; rursus alia sint hypothecae tacitae, actionis in personam alia, alia denique praelationis : operae pretium erit inuestigare , cuinam generi beneficium hoc pupillis

ac

ac minoribus tributum sit adnumerandum. Quidam hypothecae illud tacitae praferunt; sed ANTONIVS FABER in *Iurisprud. Papin. tit. 72. pr. 3. illat. 10.* existimat frustra pupillis priuilegium exigendi datum fuisse, siquidem hypothecam tacitam habuissent, reprehensus eo nomine a IACOBO GOTHOFREDO, ad *I. i. C. Theod. de administr. tut.*, quod vtriusque iuris effectus diuersus sit, illius scilicet aduersus alios creditores, huius aduersus possessores rerum alienatarum. Rursus alii hypothecam tacitam cum priuilegio coniungunt, promiscue allegando *I. 19. §. 1. Dig. de reb. auctior. iud. cum I. 20. C. de administr. tut.* Contra etiam plures, e quibus nominare mihi liceat VOETIVM ad tit. *Dig. in quib. cauf. pign. §. 19.* HVBERVVM prael. ad *π. tit. 2. lib. 20. n. 4.* PVFFENDORFIVM Obseru. iur. vniu. T. I. O. 202. LEYSERVVM Medit. ad *π. spec. 226. m. 9.* et, qui nostra aetate eodem tendit, Cel. BROKESIVM dissert. de *pign. tac. pupill. a temp. delatae tut.*, §. 4, priuilegium inter actiones in personam verti, atque pupillum iis tantum, quibus e chirographo deberetur, fuisse praelatum arbitrantur. Alii denique nihil certi sequuntur, tanquam in vulgus res nota sit difficultatibus impedita magnis. Quid enim sibi vult, quaeso, hoc, quod ait DVARENVS ad tit. *Dig. de priuil. credit.*, pupillum esse priuilegiarium, relatumque inter eos, qui iure exigendi, περιποτηγία quae est PLINIO epist. 109 et 110. lib. X, fruerentur? Nam cum medium pupillo inter eum, qui in refectionem aedificii pecuniam credidisset, et sponsam, cui repetitio dotis esset, tribuerit locum: haereas plane, cur hypothecario eum

A 3

prae-

praetulerit, postposuerit sponsae, ne hypothecam quidem iure
 veteri habenti. v. l. 74. *Dig. de iure dot.* Num igitur ita collo-
 candus erat, ut res publica creditrix, in quarta scilicet credito-
 rum classe? Ita plane dicunt illi, quia iure Digestorum non
 habuerit hypothecam. Quod mihi quidem consequens esse non
 videtur: neque enim creditor funerarius hypothecam habuit,
 nihilo tamen minus is creditoribus praefertur omnibus. Forte
 id religionis fauore dicat quispiam sic institutum fuisse: cogi-
 tandum tamen amplius, ob verba pr. l. 17. *Dig. de reb. auct.*
iud. „*quod reddere cum, si viueret, funeraria actione cogi opor-*
teret.“ Enimuero in refectionem insulae credenti Senatuscon-
 sultum hypotheca prospexit l. 1. *Dig. in quib. causs. pign. tac.*
 recte omnino, cum pars rei, quam suis impensis conservauerit,
 ei videatur deberi. Neque hoc prioribus creditoribus fraudi-
 fit, utpote quibus facultas detur pignus persequendi usque ad
 eam summan, quam valeret res ante, quam is aliquid impen-
 disset; qui et ipsi gratiam ei debent, quod interuentu eius
 nullo res periisset tota. Confer. *CONNANVS Comment. iur. ciu.*
IV, 7, 10. Itaque hypotheca ei data est. Hoc amplius Mar-
 cus Aurelius Imp. edito, cuius mentionem fecit *VLPIANVS*
 §. 1. l. 24. *Dig. de reb. auct. iud.*, creditori illi priuilegium con-
 cessit exigendi. Quidni idem factum in tutela esse statuamus?
 Scio equidem ex l. 9. C. *qui potior. in pign. priuilegia*
 creditorum a pignoris iure differre. Sunt enim, aiunt inter-
 pretes, actiones in personam, in quam creditores suo vocantur
 ordine. Quid autem? nonne praeter *VANDERANVM de priuil.*
 cred.

cred. c. 3. Thes. MEERM. T. II. omnes sumtum funeris cuicunque credito etiam hypotheca munito praeuertendum esse uno velut ore fatentur? Quod et PAVLLVS testatur sent. rec. 1, tit. vlt. §. 4. Contra ciuitati, pecuniam quae credidisset, priuilegium inter chirographarios duntaxat aperte tribuit §. 1. l. 38. Dig. de reb. auct. iud. De pupillo id minus constat. Sed et aliud eius iure Digestorum occurrit priuilegium, quo non tam iure pignoris, vt nonnulli volunt, quam dominii tacite lege inducti, si res emta sit ipsius pecunia, praefertur ea in re etiam prioribus creditoribus pr. l. 7. Dig. qui potior. in pign. Fac tutorem pecunia pupilli rem quamquam sibi emissæ. Ergo potior erit pupillus, siquidem nummi ipsius interuenerint: exiget, quantum sibi debetur, licet tutor ante, quam tutelae munus acciperet, alii bona sua obligarit. Cur non eiusmodi dicamus fuisse id, quod in bonis habuerit tutoris debitoris? Nam et debitor pupilli est, qui pecunia illius rem aliquam emit, tutor cum esset. Praeterea monet nos illud, quod priuilegium illud in bonis tutoris l. vlt. Dig. de tutel. et ration., sicut furiosi in bonis curatoris l. 15. §. 1. Dig. de curat. fur.; quodque non, vt quocunque aliud, amittitur si usuras accepit pupillus. l. 44. de administr. et peric. tut. l. 24. Dig. de reb. auct. iud. Quod nonnulli obiciunt heredi non dari, id leue est: neque enim abhorret, pupillo, cuius tantus in iure fauor esset, prae aliis creditoribus ius aliquod singulare in bonis tutoris, sed ipsi duntaxat, non etiam caussæ, fuisse concessum. Quae cum ego diligentius considerarem, in eam cogitationem

incidi,

incidi, priuilegium hoc vel idem esse, vel simile saltem ei,
 cuius mentionem iniecit VLPIANVS pr. l. 7. Dig. qui potiores
in pign., quo pupillo facultas datur, rem pecunia sua emtam
 non solum a tutori, sed ab aliis quoque vindicandi. Sed vitra
 progrediamur. Non licitum tutori ante, quam rationes reddi-
 disset, cum fisco contrahere, aut vestigalia conducere. l. 49. §. 1.
 Dig. locati; l. vn. C. ne tut. vel curat. vestig. Quam ob cau-
 sam? Longum est cum VOETIO super crimine falsi disputare,
 quod tutor contrahendo incurreret: singulare id fuit in tutori,
 alias enim admisisset stellionatum: hoc existimo, si, ut multi
 interpretum volunt, pupillus priuilegium habuisset eiusmodi,
 quod inter actiones in personam verteretur, non etiam hypo-
 theca esset munitum, fisco tantopere ab illo non metuendum
 fuisse. At ocurrerit laudatus VOETIVS, tutori non ob hypo-
 thecam aliquam vestigalium conductione interdictum fuisse, sed
 idcirco plane, quod, cum durante contractu rationes reddidisset,
 reliquis ab eo solutis, nummi aliaeque res mobiles, quarum
 facilis esset alienatio, extenuari ac dissipari possent. Quasi vero
 non plures eiusdem rei dentur causae. Cedo, annon ex parte
 pupilli eadem citari possit ratio? cui, ut PAVLLI verba in
 §. 3. l. 9. Dig. de publicanis mea faciam, omnino verendum
 esset, ne ipse ex causa fiscalis oneraretur. Quid? si tutoris
 bona non pecunia numerata pretiosisque vtsilibus, sed latifun-
 diis ac nominibus, scrutis, friuolis et id genus aliis rebus,
 quae in instrumento saepe hominis diuitis atque auari eiusdem
 sunt domestico, constarent: num prohibitioni illi potuit esse
 locus?

locus? Non equidem putarim: supereft tamen ea, quam com-
memorau, caufa, praelato pupillo fore, vt fiscus priuilegium
fuum amitteret pariter ac hypothecam. Quemadmodum igitur
his similibusue argumentis haud inducor ad credendum id, quod
VOETIVS, Belgii fui quondam decus maximum, pugnat,
priuilegium pupilli Digestorum iure non fuisse aliud, quam
quod vxor vel sponsa habuisset ratione dotis, praelationem sci-
licet praे creditoribus ex chirographo: ita minus etiam pro-
bauit ille mihi verborum HERMOGENIANI suam in l. vlt. Dig.
de tut. et ration. interpretationem, si eo nomine cautum non sit:
quae sic voluit intelligi, vt exigendi tamen priuilegium habeat
pupillus, cui non expresse vel nominativi tutor bona sua obli-
garit; nam ita prorsus accipienda sunt, priuilegio locum esse,
si tutor non satisfederit, h. e. cautionem, rem [pupilli] saluam
fore, haud praefiterit. Denique non videtur VOETIO viiius
esse ponderis id, quod nonnulli vrgent, pupillo in l. i. §. 14.
Dig. de magistr. conuen. priuilegium in bonis magistratus idcirco
denegari, quod illud in bonis tutoris habeat constitutum. Ete-
niam priuilegium in bonis non hypothecam vult significare, sed
in pretio ex eortundem venditione redacto praelationem. At
locus HERMOGENIANI, vnde hoc priuilegium in bonis duci-
tur, mihi quidem vehementer videtur ad rem propositam per-
tinere. Quare vt meum de caufa hac qualecunque iudicium
interponam, fateor, me, ingenue, perlegendis inter seque com-
parandis tam discrepantibus interpretum sententiis incertiores
multo, quam ante, redditum esse. Neque enim idem licet,

B

quod

quod C^VRACIO, summo iuris Romani interpreti, confidenter ita statim affirmanti, verbis *l. vn. C. rem alien. gerent.*, cum sua cauſa, hanc, de qua quaefcio est, tacitam intelligi hypothecam. Sed quamuis mihi meae sim tenuitatis conscius, tamen me eorum, quos consului, interpretum argumentis haud passus sim vinci ita, ut credam, Romanos tum, cum non requirent satisfactionem, sola inter chirographarios πεωτοπραξία, qualis *l. 38. §. 1. Dig. de reb. auēt. iud.* tribuitur reipublicae, quamque PLINIVS loco supra citato vrbibus adscribit Bithyniae, pupillis ac minoribus voluisse prospectum. Quae enim, quaeso, pupilli hac parte cum ciuitate instituitur comparatio? Nam ciuitas quidem creditrix ius exigendi nanciscitur e contractu, quem cum debitore init: at pupillus cum tutori non contrahit, sed tutor ei quasi ex contractu, simulac rerum ipsius suscepit administrationem, obligatur. Illa praefertur chirographariis, cum ipsa pecuniam dederit mutuam: hunc, qui eis praeferendum censeas, qui neque tutori crediderit, nec aliud cum eo contraxerit negotium? Ceterum mirari subit, cur interpretes non in causa ponant rerum ciuitatis administratorem, qui sit reliquat: hic enim cum reliquatore tute comparari omnino potest. Verum de illo silent, quoniam praeconcepta eos tenet opinio, pupillo non aequē, ac reipublicae, tacitam ex administratione concessam fuisse hypothecam. Interim Athenienses Demosthenes tradit (*κατ’ ἐντ.*), quorum quidem leges in primis probatae Romanorum fuerunt Decemuiris, tutorum bona pupillis obligari voluisse. Vtrum igitur et hanc legem Decemuiri assument?

serunt? quidni? praeſertim cum ipſe CICERO tutelae iudicium
 in ſummae exiſtimationis veſtit, et, paene dicam, capitiſ iudiciiſ
 haberi. Num illius vim argumenti ſenſerint docti homines,
 nescio: neminem quidem praeter VANDERANVM, de priuil.
 credit. c. 6, uſum eſſe memini. Quid vero eſt, quod ad
 ſatiſfactionem nos, laudatorum item ac nominatorum obligatio-
 nem, ſubſidiariam denique aduersus magiſtratus minores actio-
 nem ablegant? quandoquidem vel ex Institutionibus ſatis notum
 eſt, magiſtratus tantum minores cum ſatiſfactione, maiores au-
 tem cum inquisitione tutores dediſſe, ac ne inquisitioni quidem,
 quae in bona et mores fieret tutoris, locum fuilſe tum, cum
 pater in testamento de tutela cauifet. Quid enim? fi tutor,
 vel patris iudicio, vel magiſtratus inquisitione quamvis diligentii
 probatus, ſoluendo eſſe deſineret? annon praecautum atque
 prouifum putas pupillo a Romanis, ne is damno afficeretur?
 Ecce in bona tutoris fieri ſolita apud eos inualuerat inquisitio?
 num dicas gratia? certe: niſi ipſa quoque cum persona rem
 alienam gerentis obligari exiſtimarent. Nam ita cautio in re
 eſſe videretur, quam ipſe POMPONIVS potiorem ea, quae eſſet
 in persona, ſtatuit l. 25. *Dig. de reg. iur.*, licet ex antiqui iuris patro-
 natus ratione ſatiſfactionem, h.e. cautionem fideiuiſſoriam, in iudicio
 probaſſent. Quid? tutore praeter ſpem et exſpectationem bona ſua
 diſperdente: niſi ea pupillus vindicare poſſet, vbi ille tantopere
 a PAPINIANO praedicatus huius fauor? Sane conditionis fuilſet
 deterioris, quam qui tutorem a quoconque acciperet magiſtratuſ
 minore. Cur faliſ ſiebat reuſ, qui fuſcepto tutelae munere

B 2

veti-

vestigalia conduceret, aut quodcunque cum fisco negotium contraheret? Quaestio[n]em supra illam quidem attigi: sed addere hoc loco lieeat, cum fiscus non nisi in bonis post contractum quae[re]sits haberet hypothecam cum priuilegio: omnino ei metuendam fuisse anteriorem pupilli cum priuilegio solidum exigendi reliquationis: minime vero praelationem p[ro]a chirographariis, vt pote inter quos et fiscus, et pupillus, ne referri quidem posse videretur. Solidum autem e bonis tutoris consequi posse pupillum haud obscure intelligimus ex antitheſi illa VLPIANI, l. i. §. 14. de magistr. conuen.: *pupillum in bonis magistratum priuilegio non usurpi*, sed c[on]v[er]m[an]d[um] ceteris creditori[b]us partem esse habiturum; enim uero si hunc locum contuleris cum illo HERMOGENIANT l. vlt. Dig. de tut. et rot., nihil profecto dixeris aptius ad rem, quam pupillo, cui fatis datum non sit, siquidem is cum aliis tutoris creditoribus concurrat, his in exigendo debito esse anteponendum. Cui priuilegio cum pupilli persona cauſam dederit, nemini mirabile videri debet, cur heredi illud negetur, tutorque a crimine falsi liberetur, post eius mortem contrahens cum fisco. Neque dubium mihi quidem est, quin idem priuilegium vim habeat ad rerum a tuto[r]e alienatarum possessores; etenim sufficit, tuto[r]em reliqua soluere non posse. Quare cum pupillus ex priuilegio suo exigere solidum possit, parum quidem interesse arbitror, utrum actione illud in personam, an in rem utili consequatur; at vindicationem, si ea opus sit, habebit ex lege, quae tacite tum induxit dominium in rebus pecunia illius, siue

a tute, sive ab alieno comparatis, tum in euentum reliqua-
tionis, h. e. patrimonii eiusdem in administratione vel dolo,
vel culpa diminuti, in bonis tutoris omnibus constituit hypo-
thecam.

§. 2

INTERPRETATIO L. VN. C. REM ALIEN.
GERENT.

Non equidem mihi pupillorum minorumque videor exag-
gerasse exigendi, cuius in Pandectis fit mentio, priuilegium,
vt pote fisco quoque, qui et priuilegio et hypotheca gauderet,
pertimescendum, idque eo usque, vt tutor, dissimulata pupillari
obligatione, sive adhuc gereret; sive finito officio rationes non-
dum reddidisset, falsi crimen, vel vestigalia conducendo, vel
cum fisco contrahendo, incurrere videretur. l. i. §. 9. ad leg.
Corn. de falsis, l. 49. §. 1. *Dig. locati*, l. vn. C. ne tut. vel curat.
vestig. Neque tanti erat laborare in quaestione, num hypotheca
haec in bonis tutorum curatorumue tacita iurisconsultorum iam
aetate, quorum quasi naufragi tabulas quasdam fragmenta etiam-
num suspicimus admiramurque, obtainuerit; multoque magis
BALDVINVM miror, interpretem iuris sane quam elegantem,
eo delapsum esse, vt **CONSTANTINVM**, et re illum, et nomine
magnum, hypothecae illius perhiberet auctorem. Sane tale
quidpiam e verbis constitutionis 20. C. de administr. tut., quam
pro sententia sua excitat, excuspi non posse, sequenti spho-

ostendam. Conuenit igitur mihi cum IAC. GOTHOFREDO, VÖETIO, VISSENBACHIO aliisque, iam ante CONSTANTINVM hypothecam illam tacitam introductam fuisse. Quisquis vero illius fuerit auditor, neque enim principem aliquem fuisse necesse est, minus profecto is pupillis ac minoribus succurrisset, hypothecam tantummodo tacitam loco priuilegii, quo antea vterentur, eis concedendo. Nam, si cum plerisque eorum, qui nostra aetate hac de re commentati sunt, priuilegium ab hypotheca separaueris, in hypothecariis illi simplicibus forent collocandi, incommodo suo haud exiguo, praesertim cum hodie quibusdam in locis hypothecae tacitae publicis expressis postponantur. Sed priuilegium iam monuimus hypothecae responde, plane ad eundem modum, quo eius, qui in refectionem aedificii creditit, cui hypotheca Senatusconsulto constituta est, l. 1. Dig. quib. in causs. pign. tac., qua in concursu quoque creditorum vtitur, sibique locum inter hypothecarios priuilegio munitos vindicat. Sed quorsum haec dispuo? quia propositum mihi est interpretari l. vn. C. rem alien. gerent., ex qua quidem CVIACIVS, GOTHOFREDVS, VANDERANVS, VISSENBACHIVS, aliique hypothecam illam iam temporibus ANTONIORVM receptam vsu fuisse contendunt. Etenim haec constitutio est SEVERI et ANTONINI, patris ac filii, quorum ille tam diligenter se ambitioseque curare minorem aetatem professus est l. 2. Dig. quando ex facto tut. Verba eius haec habentur:

mello

IMPR.

IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS

AVGVSTI PVBLICAE

*Non est interdictum tutoribus vel curatoribus, et si ex eo
titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa res suas
alienare. Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere
obligare fisco nostro: nam et priuato potuisset.*

Patet non solum ex inscriptione, sed e verborum quoque contextu, subnotationem esse, qua Imperatores feminae cuidam, quae Publica vocaretur, ac dubitaret, an curator suis fundum aliquem ex bonis suis fisco obiugare potuerit, ius declarauerint rescribendo, tam fisco, quam etiam priuato potuisse propterea, quod onus ei inhaerens obligatione hac non esset sublatum. Sed quale onus intelligitur hic? Nam dicitur et *causa prioribus* legis verbis, quacum scilicet bona sua alienare tutoribus curatoribus ne sit interdictum. Cumque causae vocabulum plures significatus habeat, quos BRISSONIVS de V. S. de industria collegit: hoc quidem loco pro iure conditioneque rei accipitur, neque fructus illud significat, verum onus aliquod rei inhaerens, plane ut in l. 67. *Dig. de contrah. emt. vendit.*, et in l. 12. *C. de distrauct. pign.*, cuius verba, cum ad rem vel in primis videantur pertinere, en adpono. *Si debitor rem tibi
IURE PIGNORIS OBLIGATAM, te non consentiente,
distraxit, dominium CVM SVA CAVSSA transfundit ad
emtorem.*

Per-

Pertinet hoc quoque l. 3. C. de remiss. pign., vbi debitor hypothecam dicitur alienare *salvo iure creditoris*. Nam cum illis ex locis appareat onus et causam nihil aliud, quam pignus vel hypothecam, significare; haec promiscue vocabula usurpanti in mentem mihi venit, quod MARCIANVS alterum ab altero non nisi nominis sano differre dicit, l. 5. §. 1. *Dig. de pign. et hypoth.*, et recte quidem, ex quo tempore hypothecaria formula, de qua singularem ipse conscripsit librum, fuisse ad pignoris causam adcommodata. Etenim quae, quaeſo, cauſa eſt, cur pignus pro iure in re venditent interpres: quando retentio quidem ac distractio rei ex natura contractus facile intelliguntur? Nimirum *ius* illi indicant *persecutionis*, id quod ex contractu esse nemo dixerit propterea, quod hypothecaria vel Seruiana utili tenetur is, qui cum creditore nullum contraxit negotium. Poffessor, inquam, aduersus quem in rem agitur. Quare sensu non nisi improprio pignus, aequa ac hypothecam, pro iure aliquo in re aliena accipi licet. Neque mirum videri debet, cur promiscue, ut supra monui, vtainur nunc hisce vocabulis; et pignus quoque tum res singulas, vel plures coniuncte, tum bona omnia, quae quis habet habitus est, afficere dicatur. Sed ut redeam illuc, cum pignus esse possit vel expressum, vel tacitum: vtrum eorum intelligendum sit in constitutione nostra, haud immerito quaesueris. Rursus si, ut multi opinati sunt, expressum, alia subnascitur quaefatio, voluntatene illud debitoris, an a iudice iudicati exsequendi cauſa, an a praetore denique per missionem ex primo decreto fuerit constitutum. At GOTHO-

FRE.

FREDVS vult tacitum fuisse. Quod cum a suscepti muneric
ratione pendeat, vnde et necessarium eiusmodi pignus appelle-
tur: mirum vtique est, quod is obseruare sibi videtur, non
a tempore illud delatae tutelae, sed ea finita demum, reliquo-
rumque tutori condemnato, vim suam explicare; quanquam
ipse rationem huius, quod commentus est, iuris singularis inde
repetit, quod per sententiam ius pignoris adquiri non sit soli-
tum. Sequitur GOTHOFREDVM PVFFENDORFIUS obs. 202.
excit., sed, vt recte sententiam eius expresserit, vereor. Nam
ille quidem CONSTANTINVM M. in l. 20. C. de administr. tut.
negat ius aliquod nouum constituisse, verum, quod iam pridem
et SEVERO et ANTONINO constitutione, qua de agimus, pla-
cuisset, disputat, vt inde a tempore condemnationis iudicati que
tutoris curatorisue scilicet bona eius pignore quodam tacito
tenerentur. Contra ea PVFFENDORFIUS constitutionem SE-
VERI et ANTONINI ad ius vetus, CONSTANTINI autem
ad nouum traxit; diserte licet GOTHOFREDO mentem suam
declarante verbis his: *ita stetisse ius tacitae hypothecae usque*
ad legislationem IUSTINIANI nouam, l. 6. C. de bonis quae lib.,
quacum constitutio eiudem tituli ultima esset coniungenda,
sed falsam interpretationem modeste nos indicasse sufficiat.
Quid autem ANTONIVS FABER? amplectitur is atque acerri-
me defendit BALDVINI eam, quam repudiauimus, sententiam.
Locum accepit de hypotheca expressa, quam tutor condemnatus
pupillo in bonis suis constituisset; eandemque et VOETIVS,
et plures nobis persuasum eunt. HUBERVVS sane, quid vetat,

C

inquit,

inquit, *praelect.* ad *Dig. l. c.*, intelligi expressam, quae est e contractu, cum tacitae nulla fiat mentio, caussae praeterea nomine fructus accessionesque plerumque veniant. Iam vtut caussae nomen concedam latissime patere, vt ad plura quoque id pertineat, quam *HVBERVUS* vel vidit, vel monuit: nihil tamen propter *l. 12. C. de dist. pign.* excitatam videtur magis consentaneum esse, quam caussae vocabulo hoc quidem loco intelligi hypothecae onus, ad singulos quod transeat rei alienatae possessores. Quia in sententia et *CVIACII* me confirmauit auctoritas. Restat, vt quid *VANDERANVS*, cuius *de priuilegiis creditorum* liber e *tractatu tractatum*, tot Glossatorum sordibus inquinato, vtique in mundiorem locum transponi meruit *MEERMANNIANI* Thesauri Vol. II., de re senserit proposita, videamus. Is vero, postquam multum consumserat operae in explicatione *l. vlt. Dig. quib. in cauf. pign. tac.*, quippe in qua priuilegium tacitae hypothecae pupillorum minorumque reperire sibi videretur, interpretibus plerisque omnibus locum hunc neque de hypotheca tacita, neque de coniuncto cum ea priuilegio exigendi, verum de pignore, quod nominatim pupilli heredi constitutum esset, accipientibus, tandem pro explorato habet posuitque hoc, quod equidem adfirmare non ausim, hypothecam, de qua queritur, tacitam, rescripto hoc ipso, quod interpretandum sumfimus, fuisse introductam. Quid enim, inquit, aliud, quam hypothecam significant verba illa, fundum cum suo onere obligari? Tanto Interpretum dissidio nihil deterritus ipse quoque ad rem scriptione pertractandam accessi:

quo

quo successu, intelligentium sit lectorum iudicium. Iam primum e verborum contextu, in quo nihil inest difficultatis, perspicimus, tutores curatoresue potestate res suas gaudere alienandi, neque quidquam referre, vtrum de reliquatione illorum constet, nec ne; neque vero alienationem impediri eo, quod a iudice condemnati iudicatique sint, quandoquidem res saluo creditoris iure, h. e. cum hypotheca in eis constituta, quocunque titulo in alios transferri possint. Auctores igitur rescripti argumentum ducunt ab alienandi facultate ad oppignerationem: quia scilicet debitori rem liceat hypothecae datam alienare, idcirco illum et obligare eandem posse; idemque verba sibi volunt *I. 12. C. de distract. pign.* Quid ergo? illene et tacite obligatam potest? Etsi non insimi subsellii quidam, sed magni nominis interpretes expressam hypothecam paene depereant: totum ego tamen rescriptum pro aenigmate potius Sphingis aliquo, quam pro responso iuris haberem, si in eo subintelligendum esset pignus eiusmodi, de quo nominatim conuenisset debitorem inter ac creditorem. Quid enim? num caussa proponitur tantum tutoris condemnati? nonne etiam eius, qui nihil pupillo debere videatur? Verba sane conditionalia, *ETSI ex eo titulo debitores existant*, hanc caussam non excludunt. Quam ridiculum autem foret, si tutor nihil pupillo deberet, eundem statui bona sua huic ante, quam alienaret, expresse obligasse? Sin reliqua fecisset, propter quae pignus teneret: nonne facilius est intelligere tacitum, quam expressum, de quo, an et quando fuerit constitutum, e verborum contextu haud constet? etenim tacitum

C 2

. illud

illud in omnem caussam accipi licet, vt omnino accipendum est propter incertum reliquationis ex administratione. Quod cum ex satisfatione quoque tutorum pateat, fideiustoribus vniuerso rem pupilli saluam fore spondentibus, mirum est, qui **GOTHOFREDI** sagacitatem haec fugere potuerint. Illa enim is interrogatione tantummodo ad expressum pignus remouendum vtitur: „quae caussa, quod onus suum fingi potest, vbi nihil expresse conuentum, nisi sua, et inhaerens tacita lege pignoris caussa onusque? Dixerit quispiam, et si minus voluntarium, at iudiciale intelligi pignus posse. Quae ratio cum **GOTHOFREDO** attingat maxime, ipse sentiens opinionis suae incommoditatem occurrit ita, non quidem per sententiam ius pignoris adquiri in bonis condemnati, sed actionem in personam, donec iudicati exsequendi caussa ventum ad pignorum capionem sit: attamen in tutoris condemnati caussa singulare hoc esse constitutum, vt, simulac sententia aduersus eum lata sit, eius bona pupillo tacito pignoris iure obligentur. Enimvero § seq. disputandi porro super commentatio hoc iure cum **GOTHOFREDO** locus dabitur: in praesentia monuisse sat erit, non hic de rebus singulis, in quibus iudex ratione ordinis et privilegii habita constituere pignus possit, verum de bonis omnibus, hypotheca quadam affectis, e quibus alienare aliquid cupiat tutor oppignerareue, agi. Quare *caussae* vocabulo equidem hypothecam arbitror in bonis omnibus intelligendam esse, eamque pupillo, cui satisfidatum non sit, profuturam ita, vt, rebus a tute ore quibuscumque alienatis, aduersus earum possessores Seruiana ille utili experiri queat.

§ 3

~~Proprietary stamp of the library of the University of Halle~~
§. 3

**SENTENTIA L. 20. C. DE ADMINISTR.
TUTOR. DECLARATA**

Constitutio, ad quam nunc aggredimur interpretandam, in Codice IUSTINIANEO his expressa verbis est:

**I M P. C O N S T A N T I N V S A V G V S T V S
E V F E M I A N A E**

Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores existant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur.

† *Idem est, etiā tutor vel curator quis constitutus res minorum non administraverit.*

*Dat. VII. Cal. April. Treueris Volusiano et Anniano
Coff. 314.*

At in THEODOSIANO, cuius eodem titulo haec prima reperitur constitutio, inscriptionem sic exhibet IACOBVS GOTHFREDVS: **I M P. C O N S T A N T I N V S A. E T I V L I A N V S C A E S A R**, censetque *Iuliani* loco *Licinium* esse reponendum. Sed RITTERVS Vir ill., cuius THEODOSIANI Codicis editio longe omnium optima est, abesse istud Caesaris nomen a Codice Würceburgensi notans, ut legatur potius, auctor est,

**I M P. C O N S T A N T I N V S
A. E T C.**
quam lectionem vel maxime probauerim propterea, quod Cae-

C 3

faris



faris nomine ea tempestate non principem hereditarium succes-
 forem in imperio designatum, sed ipsum Imperatorem Byzan-
 tinum significatum nouimus. Sed neque consultoris nomen in
 Codice THEODOSIANO exstat, neque appendicula illa, quam
 asterisco praescripsimus, tutoris bona non minus de neglectis,
 quam de male gestis teneri; quae p̄nōtis legi procul dubio a
 TRIBONIANO sociis sue adsuta est. Iam ad rem ipsam ut me
 adcingam, iubens equidem sententiae subscribo, quam cupi
 IAC. GOTHOFREDVS, tum VOETIVS aliique, in re ipsa
 quantumuis dissentientes, agnoscunt, Imp. CONSTANTINVM
 hoc rescripto ad mulierem priuatam emissu non ius nomi
 aliquod, sed quod in ipsa rerum ratione iam obtineret, indu-
 ctum iuisse; etenim verba in primis illa, *minime prohibentur*,
 non Principis sunt ius nouum constituentis, sed id inculcantis
 consultori, quod dudum vsu receptum esset. Ut igitur nec
 FRANCISCI BALDVINI inuentum, nec, qui eum sequitur
 ANTONII FABRI rationem haud spreuerim, qui pia quadam
 ratione imperatorem CONSTANTINVM statuunt sub imperii
 auūpicio, ut prohibitionem alienationis rerum minoris dilataue-
 rit, ita et in eo bene de pupillis ac minoribus voluisse mereri:
 tamen, cum veritas probanda sit vnicē, relictis ego elegantium
 interpretum opinionibus, quorum similem vix hodie reperias,
 meummet fecutus sum iudicium; neque vero pragmaticis vni-
 quam cessi, qui rebus, (ita iactant,) intenti, illustria quamlibet
 saepe argumenta pro obsoletis nauseant, quasque semel suscep-
 runt opinōnes, eas tenent mordicus, studium recondita que-
 que

que ex iure ciuili eruendi eleuantes. Cum igitur constitutio
CONSTANTINI haec aequae, ac illa **SEVERI** et **ANTONINI**,
 quam explicauimus, rescriptum sit vel subnotatio, priuatae cui-
 dam data: in eius interpretatione ita versabimur, vt ante
 omnia, quid **GOTHOFREDO** de ea visum sit, adferamus, sed
 strictim ac summatim, post deinde nostra addamus. Ac primum
 is constitutionem citauit **DIOCLETIANI** et **MAXIMIANI**,
 numero quae est 17. *C. de administr. tutor.*, ad confirmandum
 id, quod supra ad *I. vn. C. rem alien. gerent.* de pignore tacito
 ex ipso protulimus, consultoris scilicet dubitantis, an tutor rem
 suam donare possit, non dubitaturum autem, inquit, fuisse eum,
 quod et nos concesserimus, nisi pignus alienationi obstatre cre-
 didisset. Iam in tempus inquirens, a quo iurisconsultorum atque
CONSTANTINI aetate pignus illud, pupillis ac minoribus tribu-
 tum, tutorum eurorumue bona affecerit, non, inquit, ab initio
 administrationis, sed tutela deposita, reliquorum tutore condem-
 nato iudicatoque. Quod minime mihi probari, quamuis alibi
GOTHOFREDVS placeat, dixi iam iterumque hoc loco profi-
 teor. Nam si pupillus tum demum hypotheca muniretur,
 cum tutor reliquorum condemnatus iudicatusque rem quamquam
 vellet alienare: profecto male cum eo ageretur, siquidem parati
 essent hypothecarii priores, ipse v. g. rei emtor, qui forte
 eam ante, quam de villa tutoris reliquatione constaret, sibi
 obligari curasset. Quid? quod verba constitutionis, *pro officio*
administrationis bona obligata, aperte de pignore tacito iam ante
 rerum singularum alienationem in bonis tutoris omnibus consti-
 tuto

tuto capienda sunt. Cum enim ob id ipsum pignus pupillo liberrima data sit facultas res alienatas ab earum possessoribus vindicandi: quid clarius est atque intelligendum facilius, quam tutoris bona, simulac is gerere incipiat rerum pupillarium administrationem, hoc est, statim atque ei tutela delata sit, obligari pupillo; neque in oppigneratione hac tam ipsius consensum, quam utilitatis publicae tacitam legem spectandam esse. Qua re sit, ut pupillus, cui satisfactum non sit, si quando tutor ei reliqua soluere non possit, ex vi taciti huius pignoris, et vindicet res ab illo alienatas, et in Seruiana praferatur creditoribus, quibus eadem durante tutela fuerint obligatae. Nisi enim hoc iure gauderet: ab administratore, cuius tempore inquisitionis adhuc libera bona, postea autem vel oppignerata, vel quocunque titulo translata in alium fuissent, eine cautum esset? Sed ad GOTHOFREDVM: cui, parum abest, quin in mentem venisse existimem reuocatoriam, quam dicunt, PAVLIANAM, quam ipsam quoque aequa ac hypothecariam hanc minoribus comparatam esse, non contempnendi sunt auctores, qui suspicentur. At firmius ille sibi repetere posse argumentum visus est ex l. 6. C. §. 4. de bonis quae lib., quacum versiculus discretis l. vlt. C. de legitima tutela esset coniungendus. Nam cum Imperator IVSTINIANVS in nobilissima hac constitutione, septies in palatio recitata, diserte posuerit, ratione tacitarum hypothecarum antiquis legibus introductarum dubitatum fuisse, a quo illae tempore tenerent, ab initio, an ex eo tempore, quo aliquid male gestum esset: breuiter ita rem ille expedivit,

non

non hoc tempus, sed initium gerendae vel deferendae administrationis spectari debere. Atque sic etiam cit. versic. *discretis PLENISSIMAM* is intelligit, qua tutorum curatorumue bona affecta sint, hypothecam. Quodsi ante **IUSTINIANVM** ea de re dubitatum fuisset, nouam noster ab hac **IUSTINIANI** legislatione epocham ratione initii illius tacitae hypothecae arcessuit. Sed ante **IUSTINIANVM** negat, nisi finitae tutelae tempus, quo et actiones tutelae deque rationibus distrahendis institui potuissent, spectatum; tum enim, siquid tutor alienasset, id cum onere suo transferri consueuisse, aque pupillo vindicari potuisse; non aequa, si durante tutela alienasset, et id genus alia. Sed etsi rem illam iure veteri dubitationi obnoxiam fuisse concedam, et simile aliiquid mihi videor intelligere ex *l. 9. §. 1. Dig. de administr. et peric. tutor.*, verior tamen sententia valuit, quam et superiora rescripta a nobis declarata probant, nec Imperatores **LEO** et **ANTHEMIVS** repudiant *l. 6. §. 2. C. de secund. nupt. verbis, illis res ad eam peruererint*: verior vtique haec, quam et defendimus, et **IUSTINIANVS** adoptauit, deprehenditur sententia. Neque dubitandi rationes tanti fuisse, vt eas vel attingeret Imperator, e *compendiosa* illius *narratione* intelligimus. Iam nisi forte has a **IUSTINIANO** omissas rationes ditinando adsecutus **GOTHOFREDVS** sit, quidnam in ista constitutione repererit, quod pro commento suo adducat, equidem his oculis, quamuis ad videndum intentis, non vidi. Nimis quoque aperte loquuntur verba legis nostrae, *pro officio administrationis bona obligari*, quam vt hypothecae illi ab alio tempore

D

pore

pore vlo, atque ab initio inde tutelae, vel, vt ANTONIVS FABER ait Cod. Sabaud. lib. 8. tit. 7. def. 1, ex die suscepti officii, ad quod et confirmationem hodie pertinere, non est, quod moneam, tutoris bona obnoxia esse censeamus. Neque quidquam praefidii, qui cum GOTHOFREDO sentiat, in illis habiturus sit, si debitores existant, quibus et per me licet subintelligi, rationibus redditis reliisque explicatis: quamuis enim ante hoc tempus haud constet, quid et quantum a tute pupillo debeatur, monente CALLISTRATO l. 32. Dig. de condit. et demonstr.: nulla tamen cogit ratio, vt inde initium repetatur hypothecae, quae non modo generalis sit intuitu bonorum, sed et in euentum reliquationis cuiuscunq; h. e. in omnem causam, constituta. Neque refert, vindicationem rerum a tute alienatarum a pupillo tum demum, cum appareat reliquatio liqueatque rem illum male gessisse, fiscipi posse: satis est, actionem tenere aduersus eos, quibus durante tutela res fuerint traditae, siquidem aliter rem suam pupillus nequeat saluam habere. Nec denique finitiae tutelae tempus districte actioni instituenda erat praesidiendum, cum vel tutoris suspecti accusatio, vel alia causa iusta, valere ad hoc iuris remedium maturandum posset. Huc accedit ratio iuris grauissima, et ab IVSTINIANO rescripto CONSTANTINI subiici iussa, tute non minus de neglectis, quam de male gessis teneri. v. tit. C. si tut. vel curat. non gess. Fac enim tute iam ante munus sibi delatum, patri quam deberet pupilli, pecuniam neque a semet exegisse, neque in rationibus inter accepta retulisse: nonne huius pecuniae nomine

nomine cum ipse teneatur, et bona eiusdem teneri statim, et hypothecariae, cum opus sit, fore locum existimemus? Conferri merentur, quae Cel. STRVEEN ea de re obseruauit utilia in den rechtlichen Bedenken, Vol. IIII. n. 149. Certe dicendum est eos, qui hypothecam a tempore rei male gestae repeterent, quoque secutum se hanc obscure significat GOTHOFREDVS, melius etiam ipso pupillis ac minoribus consultum voluisse propterea, quod et si tutores apud Romanos non nisi finita tutela rationes redderent, saepe tamen, (*semper* nolui propter incertum nouae cuiusque acquisitionis) e depensis et acceptis sanguinorum annorum perfici posset, quo tempore tutor reliqua fecisset. Cum ergo contenta falsaque GOTHOFREDI ista rescripti reperiatur interpretatio: an ad PAVLLIANAM, quae inter tria creditorum creditariorum refertur beneficia, inflebi ea possit, videamus. Enimuero neutro Imperatorum rescripto bona respiciuntur ea, quae a creditoribus possideantur, qua in causa et ipse pupillus reuocationem sustinet secundum l. 6. §. 10. Dig. quae in fraud. cred. Verum siquid ex bonis suis tutor reliquorum iudicatus alienarit, eius rei ob tacitum eidem inhaerens pignus, pupillo conceditur vindicatio. Quin et ante bonorum cessionem a tutele factam ius suum persequi eidem licere, ex vtroque rescripto recte adfirmatur. Quid? quod cessat reuocatio, si pupillus rem aliquam tutoris possidet, vt habent tit. excit. bina capita 13 et 22, quae licet non de pupillo, verum de quocunque creditore pignerafio sint, nihil vetat in rem nostram verti, cum iure ciuili tacitum pignus eandem vim habeat, quam

D 2

ex-

expressum, et suo iure, non rei seruandae causa pupillus possidere videatur. Fraudis vero suspicioni, quam ex causa lucrativa abesse vult **V LPIANVS** cit. l. 6. §. 10. eod., hic locum esse, haud equidem crediderim, neque idcirco scrupulum posse §. 13. l. 10. cuiquam iniicere. At, cum de **PAVLIANAE** utilitate nihil in his locis exstet, quod isti colorem commento praebeat: piget me fere haec illius defendendi causa adiecisse.

Sed audiamus et alios, qui nostra aetate praeter illustrem **BROCKESIVM**, quem iterum dico, ea de re commentari sunt, quorumque librorum non ita statim copia erat opera hac qualisque suscepta.

Primo igitur in manus venit de iure pignoris egregius liber, vernacula conscriptus ab **III. VESTPHALIO**, quem laetamus vel aliqua ex parte nobiscum sensisse. Praeterquam enim quod l. vn. C. rem alien. gerent. et l. 10. Dig. in quib. cauf. pign. tac., de qua sequenti spho dicemus, de pignore accipit tacito, etiam pr. l. 7. Dig. qui pot. in pign. quodammodo ad rem nostram putat pertinere §. 100. n. 120. Neque, si res pecunia pupilli emta sit, refert, utrum, vt ille vult, tacite ex vi legis, eius hypotheca cum iure separationis in concurso creditorum introducta fuerit, an, suggestente nobis **CONNANO**, dominium in hunc quidem eventum, si pupillus rem suam a tute saluam habere non possit. Verum minus ista arrident propterea, quod verba generalia pr. l. 7. Dig. qui potior. in pign. vix accipi posse ratus est de causa tertii cuiusdam, pecunia pupilli rem com-

comparantis, multo minus etiam hoc pertinere pr. l. 3. Dig. de reb. eor. qui sub tut., vbi tamen, nisi me omnia fallunt, pupillus alter, cui alterius pupilli pecunia fundus sit comparatus, ratione tutoris pro tertio haberi potest; neque oratio SEPTIMII SEVERI huc trahenda erat, cum, quidquid dicat VOETIVS, ad tit. qui potior. in pign. §. 15, nihil ibi habeatur de conuentione expressa, cuius mentionem iniicit §. 4. l. 1. eod., sed elegans fiat comparatio fisci cum pupillo: utriusque enim ius pignoris saluum esse ex priuilegio, licet nihil de eo conuenisset. Potius videri possit priuilegium hoc fortius restitutione integri, vt pote quam minori aduersus minorem dari haud conueniens sit eo, ne magistratus, alteri concedendo, iniurius in alterum videatur. Denique ut initium hypothecae tacitae ad tempora M. ANTONINI cum ipso, sine idoneis testimonijis, haud retulerim: ita quid verbis n. 124. ad §. 103, priuilegium exigendi, cuius in Pandectis fiat mentio, ad protutores, curatoresque furiosorum debiliumque pertinere, spectauerit, ingenue fateor me nescire.

Sed valde sententiae nostrae aduersantem habemus III. BAVERVM, Antecessorem Lipsiensem, eleganti de pignore pupilli dissertatione. Repudiato is veteri iure, quippe quod nihil, nisi priuilegium actionis in personam concederet, fontem hypothecae tacitae iudicauit rescriptum CONSTANTINI nostrum, quod, a IVSTINIANO Codici inseri iussum, ab ipso deinde et l. 6. C. de bon. quae lib., §. 1. l. vn. C. de rei vxor. att. et Nou. 118. c. 5. confirmatum fuisset. Nouam idem suscepit FABRI

defensionem, ut hic olim BALDVINI: quem tamen lactor alio
in libro, scilicet *de pignor. et hypothec.* singulari, cuius non
prius, quam haec in litteras retulisse, copia mihi fuit, nostrum
potius, quam illorum, esse. Sed utriusque rationum momenta,
age, perpendamus. Primum igitur FABER ex *l. vlt. Dig. qui*
potior. in pign. argumentatus, non opus fuisse dicit, ut nominatim
tutorem inter et Seiam, cui reliquorum ex tutela esset con-
demnatus, de pignore conueniret, si bona huic tacite iam fuisse
obligata. Atqui facilis est responsio, tutorem non tam bona,
quaes tam temporis haberet, sed in futurum quoque omnia
pleniū, h. e. nouo quodam nexu, (cur non hoc vocabulo utar,
cum et MARTIALIS rem pignori nemam dixerit?) obligasse,
quandoquidem prior obligatio bona post condemnationem acqui-
sita afficere non videbatur. Neque insolitum id fuit illa aetate,
v. *l. vlt. Dig. in quib. caussi pign. tac.*, de posterioribus tempori-
bus ut taceam, quibus praeceptum adeo fuit, ut bona ab initio
expresse obligarentur. v. *l. vlt. §. 6. C. de curat. furiosi*, *l. vlt. C.*
quando mulier tut. offic. et Nou. 94. c. 1. Quid? nonne hoc
ipso loco debitor in maiorem fidem contractus bona sua fisco,
hypothecam in bonis post contractum quaeſitis, ut in vulgus
notum est, habenti, dicitur obligasse? Iani quid Ill. BAVERVS?
Cur Seiam iurisconsultus vel fisco praeferendam duxerit, ratio-
nem is arcessit inde, quod illius hypotheca prior fuisset; priu-
ilegium enim fisci non ad hypothecam pertinere, sed inter actiones
in personam verti. At, pace viri doctissimi dictum velim,
hanc rationem nemini facile adprobauerit. Notissimum quippe
est,

est, fiscum in bonis post contractum adquisitis hypothecam habere tacitam cum priuilegio, id quod vel e l. 25. *Dig. de iure fisci* patet; neque aliter accipi possunt l. 46. §. 3. *Dig. eod.* et l. 2. *C. in quib. cauſſ. pign.*; immo Seia erat idcirco praferenda, quod debitor eius condemnatus poterat post pignus conuentum ante, quam cum fisco contraheret, bona quaedam adquisiuisse, in quibus certe fiscus, (quae ratio fuit **PAPINIANI** in l. 28. *Dig. de iure fisci*) cauſſam pignoris, constituti alii, non videtur praeuertisse. Praeterea eti inter Seiam eiusque tutorem de pignore haud conuenisset, illam vtique fisco, habita et priuilegii, et hypothecae tacitae ratione, potiorem futuram, ex his, quae supra dicta sunt, satis, reor, constabit. Alterum **FABRI** argumentum est, inepte a priuilegio exigendi, minoribus dato, ad tacitae quoque hypothecae ius concludi. Quasi vero pecuniam in refectionem aedificii credenti non et priuilegium §. 1. l. 24. *Dig. de reb. auſt. iud.*, et vero hypothecam concederit **M. ANTONINVS** l. 1. *Dig. in quib. cauſſ. pign. tac.*; placet enim **WESTENBERGIVS** in **D. Marco**, edictum a senatusconsulto quodam discrimine dirimens, quamuis haud ignorem, senatusconsulta interdum edictis Imperatorum fuisse confirmata. Verum locum aliquem, quo hoc idem confirmetur, in causa minorum desiderat is, quicum disputamus. Cum de priuilegio exigendi constet e l. 19. §. 1. *Dig. de reb. auſt. iud.*: nonne satisfactum ei putemus, adducendo de hypotheca tum l. *vn. C. rem alien. gerent.*, tum e Digestis quoque l. *vlt. tit. in quib. cauſſ. pign. tac.* Iam vero ostendat ipſe velim nobis locum,

ex



ex quo pateat, priuilegium exigendi, introducta, sive potius confirmata, quando originem illius altius repetimus, tacita hypotheca, sive abrogatum, sive, ut loqui maluit, absorptum fuisse. Cur autem idem negat id, quod ratione, qui in refectio-
nem aedificii crediderit, nulli dubitationi obnoxium pronumque ad intelligendum est, concessò minoribus priuilegio, eodem ipsorum hypothecam muniri necesse esse? Nam, quod ex l. 2.
Dig. qui potior. in pign. infert, priuilegium inter chirographa-
rios plerumque cessare, sed pignus tantum spectari, nisi singu-
lari quadam ratione posterior sit anteponendus priori, id leue
est: cum eadem ratio in causa pupilli, cuius et priuilegium,
et hypothecam adstruximus, obtinere videatur? Nisi enim tem-
pore pupitus creditori cedat illi, de quo singulare aliquid
VLPIANVM l. 5. Dig. qui potior. in pign. noster vult obseruasse,
eidem non meliore iure, quam ipse fiscus, ab **VLPIANO** ibi-
dem omissus, debet postponi. Minoris etiam ponderis illud
est, quod ita futurum obiicit, ut tacita hypotheca cum iure
praelationis et ad heredem pupilli vel minoris transeat. Etenim
demonstrauimus priuilegium, quo praelationem intelligit, fauore
duntaxat personae obtinere. Neque priuilegium id, quod in re
pecunia sua emta pupillus habet, siquidem diuersum sit ab altero,
aut e *pr. l. 7. qui potior. in pign.*, aut e *l. 3. Dig. de reb. eor.*
qui, heredi illius profuturum intelligimus. Hoc denique expu-
tare plane nequeo, qui idem priuilegium dicat impedire, quo
minus hypotheca generalis in bonis tutorum curatorumue tacita
ad ius antiquum reuocetur. Nuspianam dicitur illud iure
nouo

nouo esse abrogatum, ut in omnibus Digestorum compendiis videre est. Neque mouet me ratio ab illo prolata, priuilegii eiusmodi singulares res afficientis, posita generali, quam ex iure antiquo nos tuerur, hypotheca, non vsum concipi posse. Quod perinde est, ac si hypotheca bonorum priuilegium excludat, rem aliquam ex iis bonis vindicandi. Speciem aliquam ista praese ferret ratiocinatio, siquidem priuilegium, quod saepius dico, in rebus tantummodo a tutore comparatis haberet locum: at utile tum quoque est, cum tertius quidam rem pecunia pupilli a tutore, rerum suarum parum prouido, accepta comparauerit. Enim uero cum ridiculum sit, in eiusdem hominis bonis pignus aliquod generale pupillo esse constitutum defendere: singulare felicet ius illud admittamus necesse est, quippe quo pupillo, quicumque rem pecunia ipsius emerit, dummodo soluendo non sit tutor, vtendum sit.

S. 4

LOCVS E DIGESTIS IN REM

ADDVCTVS

Cum rescriptum SEVERI et ANTONINI, superius a nobis declaratum, satis euincat, hypothecam eam, qua de agimus, tacitam temporibus ANTONINORVM iurisconsultorumque adeo, quorum fragmenta extant in Pandecte, vnu fuisse receptam: forte superuacua videri possit haec opera, quam sumfimus, ad

E

locum



locum aliquem ex ipsis Digestis querendum illistrandumque. Sed non poenitebit illius incepti, cum locus, quem proferemus, consideratione sit dignissimus, CERVIDII SCAEVOLAE eius, qui non solum sub DIVIS FRATRIBVS floruit, sed forte etiam ipsis SEPTIMII SEVERI tempora aetate adtingit. Sunt autem iurisconsulti l. vlt. Dig. in quib. cauſ. pign. verba haec:

Tutoris heres cum herede pupilli transactione facta, cum ex ea maiorem partem soluisset, in residuam quantitatem pignus obligauit. Quaeſitum eſt, an in veterem contractum iure res obligata eſt? Respondit secundum ea, quae proponerentur, obligatam eſſe.

Proponitur hic tutoris heres transactionem cum herede pupilli super reliquatione iniuisse, cumque ex ea maiorem debiti partem soluisset, in residuam quantitatem pignori rem aliquam obligasse; quaeſitumque, an transactione non impleta, h. e. reliqua quantitate non persoluta, res illa in veterem contractum teneretur? Iam torquent se interpres, quem veterem SCAEVOLA contractum significauerit? Sunt, qui intelligent, e quibus nominamus modo BALDVINVM (*comment. de pignor. et hypothec. c. 7.*) et VANDERANVM (*de priuil. credit. c. 5.*) eum, quo tutorum bona pupillis tacite obligata sint, h. e. ipsam tutelae administrationem. Sed eos VOETIVS vel ex eo redargueretur, quod obligatio ex tutelae gestione contractus perperam diceretur, quod et BACHOVIVS vrget ad Treutlerum Vol. 2.

Difp.

Disp. 24. Male. Quid enim, resne est inaudita, p̄aneque noua, administrationem tutelae contractus vocabulo adpellari? Nam et negotiorum gestor videtur quasi contrahere: nihilominus SCAEVOLA, cuius hoc iuris caput est, negotiorum gestionem dixit contractum l. 16. *Dig. de negot. gest.*; recte quidem, mea sententia, cum et ipse CICERO negotiorum gestorem *procuratorem* adpellauerit *voluntarium*. Cur ergo non item per obligationem ex tutelae administratione *καταχρησιῶς* negotium contractum intelligamus? Quodsi post delatam tutelam bona illam obeuntis aliis obligentur; expediet omnino pupilli heredi, etiamsi exigendi non habeat priuilegium, hypothecae tamen iure vti. Quod et alio loco SCAEVOLAE placuit, §. 3. l. 35. *Dig. de negot. gest.*, cum quaestio esset, an debitori locupleti negotia gerenti creditoris id, quod a se non exegisset, imputaretur. Nam diuersam eius caussam ait ab illa tutoris, quippe *in qua interesseret*, EX PRIORE OBLIGATIONE *solui*, *vt deberetur ex tutelae actione*. Cur autem interest? procul dubio priuilegii vel cautionis ratione habita. Itaque in caussā proposita idem quaerit, num res ex transactione obligata in veterem caussam, h. e. reliquationis ortae ex tutela, teneatur? Hoc autem vtor verbo, cum ACCVRSIUS retentionem quandam somniet, tanquam ob chirographariam pecuniam. Sed hunc et alii reprehendentes rursus alia parte, recte iudicante BALDVINO, reprehensionem incurrint, rem *iure obligatam* sinistre ex transactionis natura interpretati, perinde ac si transfigendo rem aliquis suam obliget,

E 2

donec



donec illud, de quo conuenisset, praefiterit. Nam quod iure rem CERVIDIVS ait obligari, de hypotheca id intelligendum est lege quadam constituta, quae et tutoris bona omnia iam ante transactionem initam adsecisset. Quid autem? num per transactionem illam exstincta videtur vetus tutelae obligatio, simulque eius accessio hypotheca? annon res in alterius obligationis, scilicet transactionis, fidem supposita, tacite a generali obligatione bonorum liberata videri potest? Redeundum qui dem vult VANDERANVS ad pristinam obligationem, transactione non seruata, scilicet ea, quam unus tutor inisset, nec liberari alterum ex eadem caussa obligatum. l. i. C. de transact. At ambagibus opus minime erat. Magis placet id, quod addit, durare taciti pignoris obligationem propterea, quod transactio ipso iure non tollat actionem l. 17. Dig. de paet. l. 28. C. de transact., sed exceptione agentem remoueat, nisi stipulatio accesserit AOVILIANA, cuius cum nulla a jurisconsulto facta sit mentio, neque transactionem animo nouandi inductam videri. Certe si nouatio intercessisset, dubium non esset, quin, doli caussa excepta, hypotheca sublata intelligeretur. Ceterum quid est, quod addit, mirari se, cur FVLGOSIVS et ALBERICVS rem illam ab herede oppigneratam ex hereditate ad ipsum peruenisse negent, quandoquidem res aliqua heredis ante transactionem nunquam in veterem caussam obligata videatur. Quae ratio dubium reddit me, vtrum abscisse hereditarium is requirat, quae in veterem caussam maneat obligata, an admittat heredis

item

item aliquam in eandem caussam obligari. At nihil puto re-
ferre, vtram heres obligarit: cum transactione non seruata,
pignoris caussam durare certum fit. Forte autem textui iuris-
consulti conuenientius esse diceres, rem intelligi fuisse heredis,
cuius cum bona hypotheca veteri haud afficerentur, licet per-
sona iam de reliquatione tota teneretur, num ea res etiam in
hanc caussam esset obligata, vtique dignum quaestione vide-
retur.

E P I L O G V S.

Memoriae iuuandae caussa licebit ea, quae his quatuor §§.
a nobis disputata sunt, summatim repeterem. Initio igitur §. I.
rationes quasdam in medium protuli, cur minus probabilis
mihi visa sit sententia eorum, qui pupillorum ac minorum
priuilegium inter actiones in personam referri existimarent.
Sunt autem hae fere: cum in refectionem aedificii credenti
eidemque priuilegiario hypotheca data sit, cur non eodem iure
gaudeat pupillus, qui et rem pecunia sua emitam vindicare
possit, priuilegiumque in bonis dicatur habere *tutoris*, ipse quo-
que fisco suspiciendum ita, vt falsi crimen incurreret tutor
rationibus nondum redditis cum illo contrahens. Ac perperam
VOETIVM bonorum nomine intellexisse pretium ex eorundem
venditione redactum; peius etiam verba illa HERMOGENIANI
l. vlt. Dig. de tutelae et ration. distr., si eo nomine cautum non
sit,

fit, de pignore interpretatum esse expresso, cum nihil ea significant aliud, quam satisfactione cessante cautioni in re, h. e. in bonis locum fore.

Hicce praemissis, ad rem aggressus illud monui primum, minus recte pupillum comparari cum ciuitate, pecuniam quae credidisset, ut priuilegium ipsi quoque inter chirographarios tribai posset; deinde cum Athenienses, quorum quidem leges maxime probatae essent Romanis, bona tutoris pupillo voluerint obligari, cur non hi quoque, praescritum cum tantus eorum erga pupillos ferretur fauor, eisdem, si tutor vel in testamento, vel a magistratu maiore datus fuisset, cautione in re illa prospectum voluisse credendi sint? At factum id esse dato illis priuilegio solidum exigendi, quippe cuius ea sit vis, vt, cum tutor soluendo esse desineret, quanto minus pupillus actione in personam exaesturus sit, hoc in rem agendo aduersus possessores rerum non modo pecunia sua emtarum, sed etiam e bonis tutoris alienatarum consequatur.

Sequitur §. 2. interpretatio rescripti cuiusdam SEVERI et ANTONINI, vnde pateat iam ante CONSTANTINVM M. pupillos ac minores hypothecam in bonis tutorum curatorumue habuisse tacitam cum priuilegio. Verba enim, *cum sua cauſa*, neque de hypotheca expressa, cum tutor et nihil debere potuerit, et, si debuisset, e contextu verborum haud adpareat, an et quando res suas nominatim obligarit, neque etiam de pignore iudi-

iudiciali, cum hic non de rebus singulis captis, sed de bonis omnibus oratio sit, verum de tacita in omnem caussam propter incertum reliquationis ex administratione, exemplo satisfactionis, in qua scilicet fideiussores vniuerse rem pupilli saluam fore spondeant, in bonis tutoris omnibus constituta accipi debere.

Excipit hoc rescriptum §. 3. eiusdem fere tenoris aliud CONSTANTINI l. 20. C. de administr. tut., item priuatae mulieri ius, vsu receptum quod esset, declarantis. In rem adfertur constitutio DIOCLETIANI et MAXIMIANI l. 17. C. eod. Deinde commentum illud GOTHOFREDI conuellitur, quod et fraudi fuit PVFFENDORFIO, hypothecam illam tutoris bona non a tempore delatae tutelae, sed ea deposita demum, ipsoque reliquorum condemnato iudicatoque adfecisse. Neque actionis PAVLLIANAE ostendi villam hac parte rationem haberi posse. Iam ex iis, qui nostra aetate argumentum pertractarunt, laudantur VESTPHALIVS et BAVERVS, quorum ille, licet quodammodo nobiscum sentiat, materiem tamen notandi dedit nobis, quod et dubitat, quin pupillus rem pecunia sua a quopiam emtam ex priuilegio suo possit vindicare, et l. 3. Dig. de reb. eor. ad rem pertinere negat; hunc vero in alia omnia suntem, FABRVM que defendantem, reuocare laboratur.

Iam etsi haec satis euincant cautionem istam cum priuilegio iure veteri obtinuisse: tamen et locum e Digestis, iurisconsulti

fulti quippe, qui temporibus floruerit ANTONINORVM,
addendum censui illustrandumque §. 4. Est autem *l. vlt. tit. in*
quib. cauſ. pign., in cuius interpretatione dubitationem eam,
quam nobis mouere posset vocabulum contractus, ipsius loco
auctoris quodam alio sustuli. Ceterum LEYSERO aliisque
priuilegium ex iure nouo negantibus, haec bona velut clausula
relicta fit, plenissimo hypothecae iure, quod iubente IUSTI-
NIANO tutoris bona afficiat, et illud contineri.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO IVRIVM CANDIDATO

S. P. D

IOH. LUDOVICVS CONRADI

IVR. D. ET P. P. G

Quo Tv consilio ante hoc quadriennium hanc Academiam adieris, id Te, praestantissime IKENI! paene consecutum esse, et parentem optimum, quo Te tum voto e complexu suo dimiserit, prosecutusque peregrinis in oris sit, eius eum prope damnatum; et ipse mirabiliter laetor. Is cum aliquem, studiis quem liberum prae-

F

esse



esse cuperet in hac vrbe, circumspiceret, mihi T E potissimum commendauit. Nec constitit intra hos quasi terminos patris indulgentissimi cura: sed cum illa GEORGIA AVGVSTA liberalissimis studiis affluere, eruditissimisque hominibus putaretur; eodem T E una cum fratre lauto instruendum vtrumque viatico accedere voluit, nulli neque operaे parcens, neque sumtui, dum vos aliquando recipere tales, quales maxime vellet suos pater et honestissimus, et eruditissimus. Iure igitur suo nunc exspectat, ut cura illa tanta adpareat. Qua incredibili voluptate potietur frueturque, spero equidem, vir secundis omnibus, si quis alius, dignus, quando vos proxime amplectetur non modo incolumes, sed et multarum rerum scientia locupletatos, et laurea Themidis praemio insignes. Magne ergo virtute esto, IKE-
NI! Tu vero prodi illum in locum, qui apud nos doctissimo cuique semper maxime patet, animo maximo, atque illam exquisitam TVAM eruditionem dexteritatemque splendidissimae coronae adprobato. Sit TIBI honor

istē

iste tanquam praerogatiua subinde maiorum, quos reser-
vat patria, tam illa in T VI similibus demerendis vigi-
lans ornandisque splendida atque liberalis. Vale, atque
absentis mei memoriam habe TIBI commendatam: quod
quamquam rogandus non es, tamen, quia valde labore,
TE non dubitabo etiam rogare.

Scribebam in Acad. Marburg. Calend. Nouembr.

a C. N. c i o i o c c LXXVIIII.



17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000

Marburg, diss., 1773-
8

ULB Halle
005 359 880

3



vDn8



B.I.G.

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Inches
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
20	

Farbkarte #13

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DE PVPILLORVM AC MINORVM IN
BONIS TVTORVM CVRATO-
RVMVE PIGNORE ATQVE
PRIVILEGIO

RETRACTATA QVAESTIO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

DNO FRIDERICO II

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORD. AVCTORITATE
VT ADITVM SIBI
AD SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

APERIRET

AD D. XI. NOVEMBER. CIC IC CC LXXVIIII

PROPOSVIT DISPVVTANDAM

ARNOLDVS IKEN

BREMA-SAXO

MARBVRGI

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI.

